Archives de la Grande Chartreuse

A-V

84 a

A-5
84a

CHARTREUSE des ESCOUGÈS

Domus Excubiarum

(Province de PROVENCE)

Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

Écouges n° 1.

Index –

p. 1 Hommes illustres !
p. 9 Prieurs (1115-1391)
p. 13 Vicaires (1391-1418)
p. 15 Prieures des Moniales (1391-1418)
p. 19 Recteurs (1418-1425)
p. 48 Prieurs des Écouges (Capus)
p. 52 Vicaires – – (Capus)
p. 54 Prieures – – (Capus)

MAJORIS CARTUSIAE

Viri illustres
Domus Excubiarum.–

Gaufredus.–

Gaufredus professus majoris Cartusiae quem saepius Soffredus appellatum fuisse reperi, licet et ab aliis promiscue nominetur Godefridus et Toffredus (S). Quanti vero nominis et sanctitatis his temporibus fuerit ex multis testimoniis libet ostendere. Anno 1115 a Sto Hugone Gratianopolitano et a beato Guigone Cartusiae Priore electus est ad regendam Excubiarum coloniam. Anno 1119 die 2 Calend. Aprilis cum Calixtus Papa hujus nominis 2, majorem ecclesiam Abbatiae Sti Antonii Viennensis consecraret, adfuit solemnitati noster Gauffredus (ut narrant Aymarus Falco in compendio historiae Antonianae cap. 38 et Sammarthani tom. 4 Galliae Christianae) obtulitque capsam novam aeparissimam a praefato Guigone fabrefactam, in quâ summus Pontifex jussit includi corpus Sti Antonii ex veteri capsa propterea extractum. Ipse Gaufredus in coemeterio hujus Domus corpus sepelivit venerabilis matris Sti Hugonis Gratianopolitani. Haec enim, postquam Odilo vir suus inter Cartusianos adscriptus fuisset, in Domo propria vigiliis, orationibus et christianae pietatis exercitiis addicta, carthusianismum, etiam ante nomen sanctimonialium nostrarum, usque ad extremum spiritum exprimens, in hâc Domo elegit sepeliri ut quos vivens tam stricta in vita austeritate imitata fuerat, ab eis nec post mortem separaretur: quod certe ex speciali gratia et intuitu maxime sancti filii ejus a nostris ei concessum fuit. Anno 1132 noster Gaufredus ab eodem Guigone delegatur qui cum pluribus ex nostris adesset morienti Sancto Hugoni, ut recte colligi potest ex vita ejus ab ipso Guigone conscripta: « Aderant, inquit, ad serviendum ei tam ex sociis propriis quam ex nostra (majore Cartusia) et Calesiensi necnon ex Excubiensi domibus octo vel novem et interdum etiam decem (nec dubium quin Gaufredus ex eis unus fuerit) partim litterati, partim sine litteris, omnes religiosi fratres, nec ulla prorsus persona saecularis ad ipsius admittebatur obsequium. Hi vero die noctuque corporalibus ac spiritualibus necessitatibus ejus devotissime serviebant. » Nec solum in morte sed et post mortem sanctissimo Praesuli sua obsequia Gaufredus exhibuit, qui cum praefatis sociis sanctum corpus usque ad tumulum comitatus est, ut idem Guigo testatur, sic sub finem vitae ejus inferens: « Aderant ex nostris (nempe monachis Cartusiae) et Calesiensibus atque Excubiensibus plures conversi sanctissimae glebae, custodes assidui,

monachorum

2

monachorum quoque et clericorum cum ecclesiasticis apparatibus greges quam plurimi. » Anno 1136 Odone Sti Remigii Remensis Abbate petente sibi mitti monachos, qui novam, quam aedificare coeperat, Carthusiam incolerent, eorum antesignanus delegatus est Gaufredus, qui post jacta et sufficientibus nixa radicibus spiritualibus aedificiis fundamenta ad regimen Excubiense revocatur ab Hugone tunc Priore Cartusiae, non anno 1143 (ut quidam scripsit) sed circa annum 1139, nam eodem anno adfuit confirmationi fundationis domus Excubiarum tanquam illius Prior, per Hugonem 2 Episcopum Gratianopolitanum factae ut vidimus supra in litteris super hoc confectis. Annis quoque 1141 et 1142 coepit ut Prior Excubiarum Sanctum Anthelmum instigare ad celebrandum capitulum generale pro communi totius Ordinis bono (ex statutis Rifferii de orig. Cartus. cap. 2) quod et ardentius promovisse probatur sub regimine Basilii. Suum etiam zelum exhibuit Gaufredus in illa inter Patres Ordinis orta discordia, occasione promotionis Natalis monachi Cartusiae ad Episcopatum Gratianopolitanum de quâ fuse egimus sub Generalatu Sti Anthelmi. Quanti vero nostrum Gaufredum fecerit Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis egregie ostendit ad Basilium scribens; in his namque litteris eum his verbis salutat. « Fr. Petrum de Wapingo... fratremque Gaufredum qui tanto tempore bonum certamen certavit, jamque pene cursum consummavit, ex parte mea oro ut affectuose salutes, meque nostrosque ipsorum sanctae vitae ac precibus intente commendes, nescio enim si quis alter primi illius mei temporis miles adhuc superstes sit, similiter et illum nobilem carne et spiritu Otmarum conversum de Valloneis, omnesque pariter quando simul convenerint saluta. » Haec Abbas ad Priorem Cartusiae Basilium scripsit circa annum 1150 (1152) ut alibi probavimus. Ex quibus patet Gaufredum tunc fuisse valde senem, ac probabilissimum est eumdem esse qui sub initium fundationis hujus domus protoprior institutus est, licet contrarium dicat auctor historiae Antonianae qui cum reperisset Joffredum sive Gaufredum huic domui praefuisse anno 1158 ex Bullis Adriani Papae IV, quas etiam superius dedimus, statim conclusit eumdem non esse qui praeerat anno 1119 et adfuerat consecrationi Ecclesiae Antonianae. Aliud praeterea conjici posset ex citatis Petri verbis, nempe Gaufredum tunc degisse in majori Cartusia, sed probabilius est eum adhuc tunc priorem egisse in hac Domo cui certissimum est adhuc praefuisse anno 1153 ex antiquis statutis et annis 1156 vel 1158 ex Bullis Adriani, nisi dicamus eum pluribus iteratis vicibus et absolutum et praefectum fuisse ut saepissime factum his primis Ordinis

temporibus

temporibus agnoscemus ex catalogis Priorum, vel certe sanctus Abbas ignorabat utrum adhuc praeesset, quod quidem suspicari possumus ex his verbis: « nescio si quis alter primi illius mei temporis miles adhuc superstes sit », vel etiam Basilium rogabat ut Gaufredum ex parte ipsius salutaret quando ad Cartusiam e domo Excubiarum ~~veniret~~ ab ea non multum dissita accederet, idque videntur innuere sequentia verba « omnes pariter quando simul convenerint saluta. » Quae tamen verba etiam de communi colloquio posse intelligi non inficior. Post hoc adhuc aliquot annis vixit Gaufredus sive prior sive privatus, semper tamen rebus ordinis et Ecclesiae intentus. Cum enim Alexander Papa III ab Octaviani antipapae sectariis exagitaretur, Gaufredus Sti Anthelmi, cui semper ante et post Generalatum adhaesit, zelum imitatus indefesso studio Alexandri partes tuebatur ac promovebat ut sub Basilio diximus ex vitâ Sti Anthelmi, in qua auctor inter caetera de Gaufredo sic loquitur: « Et quis autem ejus rei (nempe obedientiae vero Pontifici per Cartusianos praestitae - Apud Surium die 26 junii et Baronium anno 1161 n: 4) auctor fuit? nimirum Anthelmus et cum eo Gaufredus sapiens et egregia facundia vir, atque in divinis Scripturis eruditissimus, horum studio, labore et opera, effectum est ut Diae nutantes confirmari (ti?) priores, caeterique Cartusiani instituti fratres Pontifici Alexandro obedientiam promitterent et... » Quidam qui ~~[illegible]~~ nostrum Gaufredum non novit, hoec verba interpretatus est de Gaufredo Abbate Altae cumbae (Il faut voir quand Gaufredus Altae cumbae est mort car il semble qu'il devoit estre jeune du temps du schisme). Sed quis non videat auctorem de solis Cartusianis sermonem habere. Haud multo post obiit noster Gaufredus die 15 maii, sed annus ignoratur. -

Robertus. -

Robertus ex priore hujus domûs quam regebat anno 1193 factus est Abbas Montis majoris, ut habet Chorerius tom. 2 histor. Delph. in genealogia domus de Sasseratia lib. 2. 4. et 7. -

Amblarus. -

Amblarus Episcopus Diniensis vigesimus sextus, relictis infulis, summa cum humilitate Cartusianum institutum in hac domo amplexus est et professus. De quo Petrus Gassendus et post eum Sanmarthani tom. 2. Gallia christiana, his verbis mentionem faciunt: « Amblarus anno 1247 ex tabulario Venensis Ecclesiae, de quo ad martyrologii marginem reperies

verba

verba ista sub 13 Calendas Octobris: Eodem die Venerabilis Pater Amblardus hujus Ecclesiae Episcopus obiit." Fertur autem idem esse ac is cujus nomen inter documenta Cartusiae Montis Rivi vix legitur, necnon et archipraesulis Aquensis, cum quo simul et Benedicto Massiliae a Falcone Reiensi episcopis, primarium altare coenobii illius benedixerit anno 1252, quarto nonas octobris. Notat porro Gassendus in catalogo Diniensium Episcoporum Amblarum, abdicata dignitate pontificia, Cartusianorum vestem induisse anno 1256 in Excubiarum domo, cui domui et nonnullis aliis nempe Durbonensi ac parthenoni Pratibajonis plurimum benefecit. In hoc igitur eremo sanctus Antistes jejuniis, rerum coelestium contemplationi caeterisque quae sanctum virum decent exercitiis intentus, vitam admodum religiosam duxit. Spirituque prophetico afflatus etiam futura praenuntiavit, nominatimque vero Bernardi de Turre summi Cartusiensis Ordinis Praefecti obitum. Quo vero anno Amblarus obierit adhuc latet. —

Laicardus

Laicardus professus et Prior hujus domus et Vallis Stae Mariae vitam ms. praefati Amblari elucubravit, quae periit temporum injuria, in qua memorat ipsum prophetiae dono claruisse. De Laicardo meminerunt Sanmarthani loco citato.

Gerardus.—

Gerardus qui ex Priore hujus domus electus est minister Generalis totius Ordinis anno 1267. (ita D. Le Couteulx D. Levasseur dans un manuscrit de Chartreuse copié à Grenoble) —

Priores Domus Excubiarum.—

Gaufredus sive Goffredus

« Gaufredus de quo supra primum praefuit ab anno 1115 usque ad annum 1136, quo translatus est ad regimen Montis Dei ex quo ad hanc Excubiensem iterum regendam rediit circa annum 1136 (1139 voir plus haut) et in eâ videtur obiisse circa annum 1158. » ita cat.

Hugo.—

« Hugo testis legitur concordiae factae anno 1185 inter Jancelinum Priorem Cartusiae et Hugonem Abbatem Bonae vallis Dioecesis Viennensis tunc praesentem in majori Cartusia. — » ita cat.—

Robertus.—

« Robertus anno 1193 confirmationem obtinet a Guigone 3 Domino de Sasseniaco ad instantiam Joannis de Sasseniaco ejusdem Guigonis fratris tunc Episcopi Gratianopolitani, donationis per Guillelmum utriusque germanum factae Cartusiae Excubiarum de manso de Ranachandière. Fuit Robertus Abbas Montis majoris. — » ita cat.

Guillelmus.—

« Guillelmus anno 1215 in junio visitavit Domum Montis Rivi cum Nicolao priore Vallis bonae, priorem que absolvit et alium instituit. Anno 1217 in octobri eamdem domum visitavit cum Martino priore Vallis Stᵢ Hugonis; eodem quoque anno adfuerat Capitulo generali ubi subscripsit confirmationi ibidem factae de quadam transactione inita inter Randulphum priorem Scalae Dei in Catalonia et Abbatissam bonae quietis Ordinis Cisterciensis. — » ita cat.

Aynardus.—

« Aynardus adfuit comitiis Ordinis generalibus anno 1218, quo chirographum apposuit confirmationi terminorum Scalae Dei et inter octo priores tertium locum obtinuit, unde conjicitur quod ex alio Prioratu ad hunc fuerit assumptus. Anno 1223 in octobri visitavit Domum Montis Rivi cum Nicolao priore Domus Vallis bonae. » ita c.

Giraldus.—

« Giraldus professus hujus Domus quam rexit ante annum 1220, postea Prior Bellilarici. — » ita cat.—

f. le Cartul. des Ecouges (71 chartes) publ...
ac. delphinale – Doct inédits t I (après l...
par l'abbé Auvergne – avec une notice...
(à acheter) si possible · Grenoble ...

19..

R.C. MARSEILLE N° 10.216
...ERES CHARTREUX
...la Vente des Liqueurs et Elixir
...EZIN & DURAND
...GEMENT DE RAISON SOCIALE

…) publié (avec table des noms propres ; cette table sur pr.) … [interlinear: inédit Sénéchartin]
… après le cart. de s. Robert (où il y a aussi beaucoup de cart. gr. Chre)
… notice sur chacune des … en 2 m. … ; Envoy par l'abbé dom Jacques
… abbé Prudhomme 1865 . xx1, 295) [in margin: envoi des copies écrites en Dauphiné.]

BREZURAND - MARSEILLE
Adresse Télégraphique:
TÉLÉPH.: DRAGON 32-03
Une Tarragone
Liqueur fabriquée par les Pères Chartreux
EXPORTATION INTERDITE
15, RUE DE L'OBÉLISQUE
Société pour la Vente
DES PÈRES
CHANGEME…
BREZ…

Prieurs des Ecouges (Pas

Petrus Cornutus paraît le 1^{er} pri 1116 3 sec
1^{er} pri glisjnés en 1119

Joffredus 1139 4

Hugo 1139 5

Goffredus un ms de la Gd Char. le fait pri lors

(II) Gotfredus 1158 6.8.9

R. (Raymundus?) 13

Hugo 1193 10,13

Bertrandus Gontardus 1193 14

Aynardus 1^{us} 1203 15

Raymundus de Antiochia 1209 16

Aynardus II 1226 17

Petrus 1229+31 18.19.22

Petrus de Planis 1234-41 23,24,25 } 60

Petrus 1245 26

Aynardus III 1268-9 28.30

Ademarus 1270 29 (30 janvier Fev. 1270 (69 a.

Petrus 1273-4 31.32

Guido 1297 34

Guido de Scalis 1299. 35 } idem ?

Guido 1300 (cart s Rob^t 8)

Petrus de Chaulongis 1306 36

~~Vicentius de Beaucia~~. Auvergne le place ici + pres

Petrus de Myrenco 1324 40

Vincentius de Beaucia anc. pri actuell^t pri Portes

Jacobus Vetone 1328 39

Jacobus de Scalis, de Echelles 1329 43.44

Joannes de Viriaco 1340 46

Card. Sachetti 1352-1359 47.49.51

Stephanus Chapelli 1362.70 53.54

Deodatus de Moirna 1381.2 55.6.7

~~Petrus de Furno 1381 58~~

~~Flandina de Sacconnay~~ prioresse Eycub.

Theobaldus le gay de Bisuncio, relus

Humbertus Acquini vicaire commendat

V. capit. Eccl. cath. Gratianop. 1442-5 66.7.9

(Pas complete – certains ont pu y être à dix-yrises

3 le charte 3 – cependant l'hist^re de l'abb. de S. Anth. appelle le

lorsque s. Anth. était P.P.

16

} idem ?

70 (69 a.s.)

+ probabl.)

Portes – 41 (annexé = 1330 = atteste Valbonq + ne doit pas être suivant ?)

43 . 44 . 45

. 51

. 54

6 . 7

Excell^{um} Parmenie 1396 60

recteur 1419 63

mendatarius. 1425 65

9

11

Petrus. —

« Petrus anno 1228 cum Guarnerio priore Durbonis ex mandato Capituli generalis ad Domum Portarum accessit gratia confirmandi novos Domus terminos positos et assignatos per Martinum priorem ejusdem, et postea Ordinis Generalem. — » ita cat.

Laicardus. —

« Laicardus professus et Prior hujus Domus circa 1250, postea prior Vallis Stæ Mariæ quam regebat anno 1269. De eo supra. —

à 1267. — Gerardus. —

« Gerardus anno 1267 ex Priore Excubiarum ad claustrum totius Ordinis eschitur. — » ita cat.

1267 à — R. — forte Robertus. —

« R. forte Robertus anno 1267 cum T. Priore Sylvæ benedictæ delegatur ad dilatandos terminos Domus Portarum. — » ita cat.

Petrus. —

« Petrus præerat anno 1267 in octobri ex Cartulario Domus Sylvæ benedictæ in quo ponitur tantum prima littera P. — » ita cat.

Aymo. —

« Aymo anno 1269 et 1271 ex cartulario majoris Cartusiæ et Portarum ad annum 1271. — » ita cat.

Petrus. —

« Petrus cui et G. Vallis bonæ priori conceditur associatio cum primo tricenario post eorum obitum ex fragmentis chartæ capituli generalis anni 1275. — » ita cat.

Guigo. —

[illegible] 1294

« Guigo anno 1300 præsens adfuit concordiæ initæ inter domos majoris Cartusiæ, monialium Parmaniæ et Sti Roberti de Cornilione; anno 1301 quo primum provinciæ Ordinis erectæ sunt, Domus Excubiarum provinciæ Gebennensi adscribitur. Deinde anno 1402 provinciæ Provinciæ. 1302 Prior Excubiarum primus nominatur ex quatuor prioribus qui super annum ad capitulum privatum vocandi erant a Priore Cartusiæ. — » ita cat.

Petrus. —

« Petrus anno 1327 et 1328 ex tabulario Montis Dei, Olim 1. — » ita cat.

13

Jacobus de Vethone.

« Jacobus de Vethone qui et de Scalis nominatur forsan ex loco nativitatis, olim Prior domus Cureriæ deinde Excubiarum quam regebat annis 1328 et 1329, quo anno die 26 augusti quamdam accordiam sive pactum fecit cum Domino Hugone de Turre. – » ita cat.

Petrus de Moyrenco. –

« Petrus de Moyrenco professus Sylvæ benedictæ primum rexit domum Stæ Crucis in Jarestio, deinde hanc domum et moniales Saletarum, decessitque in solitudine anno 1335. – » ita cat. –

Joannes de Viriaco. –

« Joannes de Viriaco anno 1340, 8 julii nominatur in litteris tutelaribus sive Salviguardiæ ab Humberto Delphino concessis in gratiam hujus domus. Anno 1334 Prior Excubiarum cum priore Sellionis instituitur Visitator provinciæ Franciæ. Anno 1339 fuit Diffinitor Capituli generalis. Anno 1362 in charta Capituli generalis ponitur obitus prioris Excubiarum, sed nomen non legitur. – » ita cat.

Stephanus. –

« Stephanus professus et aliquando prior hujus domus in cujus solitudine mortuus dicitur in charta anni 1392. – » ita cat. –

1381 à 1391. – **Deodatus.** –

« Deodatus professus domus Vallis benedictionis præficitur domui Excubiarum per ch. anni 1381 usque ad annum 1391, quo quidem anno extincto conventu monachorum Excubiarum, moniales Parmeniæ, relicta antiqua domo, ad hanc quæ nomen retinuit Excubiarum, translatæ sunt. – » ita cat. –

~~Rectores Excubiarum post translationem, quidem domus~~

Vicarii

1391 à 1392. – **Monialium Excubiarum.** –

« – Joannes Bituricensis ex priore Boni loci per ch. anni 1391 institutus est simul Rector Excubiarum et Vicarius Parmeniæ, sed paulo post solo vicarii monialium Excubiarum donatus nomine præfuit usque ad annum sequentem, videlicet 1392, quo per ch. absolutus mandatum accepit in hac domo remanendi usque ad adventum sui successoris; sed nec, postquam successor adfuit, statim recessit, nam per ch.

chartam anni 1393 videtur iterum in hac domo remansisse tanquam ei necessarius, translatus postea ad regimen Vallis clausae. — » ita cat. —

1392 à 1394. — Reginaldus Cati.

« Reginaldus Cati professus Bonipassus Joanni subrogatur per ch. 1392 et biennio post absolutus redit ad domum Bonipassus ubi et vitâ fungitur anno 1399. » ita c.

1394 à 1397. — Joannes de Bordis. —

« Joannes de Bordis professus Pomerii successit Reginaldo institutus per ch. 1394, et tribus post annis deponitur et in solitudinem Lanceae se recepit; verum domum professionis repetens in ea obiit anno 1410. — » ita cat.

1397 à 1405. — Joannes de Foresia

« Joannes de Foresia monachus Sylvae benedictae nominatur Vicarius Excubiarum per ch. 1397. Vir jam grandaevus quem propterea per ch. anni 1404 Patres admonent « ut Priorissae, cui hoc spectat, dimittat exercere temporalia ut ipse senio gravatus liberius sibi vacare possit spiritualia ». Anno sequenti abdicavit in comitiis Ordinis (1405). — » ita cat.

1405 à 1418. — Raymundus de Gimasanis. —

« Raymundus de Gimasanis ad regimen monialium Excubiarum assumitur e Parthenio Salettarum per ch. 1405, deinde absolutus circa annum 1418, residuum vitae transegit in claustro Montis meruli ubi et obiit signatus in charta 1430. » ita cat.

Priorissae Monialium Excubiarum. —

1392 à 1393. — Francisca 1°

« Francisca ultima Priorissa Permaniae conventum suum ad Excubias duxit anno 1392, facta ibidem prima Priorissa, sed paulo ante capitulum generale anni 1393 diem clausit extremum habuitque tricenarium per totum Ordinem ex ch. ejusdem anni. — » ita cat.

1393 à 1410. — Flandrina 2°

« Flandrina, audita morte Franciscae, Diffinitores in ejus locum sufficerunt sororem Flandrinam, quae in officio perseveravit usque ad obitum qui denuntiatur in ch. anni 1410. — » ita cat.

ch. 1393 Obiit Soror Francisca Priorissa d[s] Excubiarum (J.C.; n.v.; Chauvet.)

ch. 1410 Obiit Soror Alexandrina (Francisca, J.C.) Priorissa Excubiarum hab[s] tricen.

17

1410 à 1412. — Anonyma 3ª

« Anonyma duobus annis praest et circa annum 1412 abdicavit vel obiit cujus nomen hactenus latuit. — » ita cat.

1412 à 1418. — Catharina de Parisius (Parisiis?). — 4ª

« Catharina de Parisius quam Patres per ch. 1412 sic adhortantur: « Rectorissa Excubiarum non sit nia et monemus eam ut habeat patientiam usque ad proximum Capitulum generale ». Et in Capitulo sequenti jubent « ut Domus Excubiarum in statu quo est permaneat, donec per Capitulum aliter fuerit ordinatum ». Anno vero 1414 cum moniales peterent eamdem Rectorissam praefici in Priorissam hoc breve acceperunt responsum: « Rectorissa Excubiarum non sit nia et injungitur sibi et suo Conventui quod de cetero non petant Priorissam. » Sed per ch. 1416 earum petitio fuit exaudita his verbis: « Domui Excubiarum praeficitur in Priorissam Soror Catharina de Parisius quae fuit Rectrix dictae Domus, et prohibetur eis in virtute sanctae obedientiae quod nullam noviciam recipiant absque speciali licentia capituli generalis. » Deinde anno 1418 divisus est parvus conventus per alias domos Ordinis maxime ad domos Pratimollis et Melani. Ad hanc ultimam tanquam ad domum suae professionis se recepit praefata Catharina cum sorore Margareta Bene professa Excubiarum, quae ibidem non diu degerunt, nam earum obitus legitur in ch. anni 1419. — » ita cat. —

De tribus monialibus
Sanctitate conspicuis, quae hactenus falso pro professis, vel Priorissis hujus Domus habitae sunt. —

De his agunt Molinus et ex eo Theophilus Raynaudus (Hagl. myst. punct 10 § 3) easque vocant Agnetem ex familia de Bressieu, Victoriam et Margaretam ex nobili Montimaurorum familia quam dicunt obiisse anno 1193. Aliarum vero duarum obitus aut tempus quo vixerunt, non indicant, nisi quod Molinus dicat Agnetem fuisse proto-priorissam Excubiarum, citatque antiqua Ordinis monumenta, nullum tamen locum aut textum hujusmodi monumentum prodendo. Quamobrem facile crederem in eis non designari domum vel domos quibus tres illae moniales praefuerunt, ac proinde Molinum nullam scientem nostri Ordinis Parthenium antiquius Domui Excubiensi quam putabat

ch. 1419 obiit Sr. Catharina de Parisiis monialis de Melani, alias 1415 Priorissa de Excubiarum.

" " " Sr. Margareta Veenee monialis quondam de Excubiarum.

putabat tum a viris, tum a Virginibus habitatam ab anno 1115 conjecisse eas non ulli quam soli domui Excubiarum praefuisse. Cum igitur constet ex supradictis moniales ante annum 1391 Excubias non incoluisse, duoque tantum parthenia videlicet Ratibajonense et Berthaudum in ordine extitisse (quod Molinus ignoravit) ante annum 1193, quo praefata Margareta dicitur obiisse. Hinc certiori nixus conjectura arbitrarer uni earum domorum tres illas Virgines adscribendas esse, aut saltem Margaretam[ta:] vivebat anno 1190. nam quoad Agnetem et Victoriam posset fieri quod praefuerint Monialibus Permanensibus quae fundatae sunt circa annum 1259, quarum et ipsa Agnes fuerit prima Priorissa. Sed quum postea Permanense parthenium Excubiensi incorporatum fuit, solo retento nomine Excubiarum, ideo omnes Priorissae in documentis utriusque domus repertae facile confundi potuerunt, ac unica appellatione dici Priorissae Excubiarum. Dixi Agnetem fuisse forte Protopriorissam Permanicae non Excubiarum, nam certo liquet ex catalogo superius exscripto primam quae praefuit Excubiensi vocari Franciscam. Ut ut sit constanter tenendum est vel illas moniales non adscribi debere domui Excubiarum, vel eas tantum claruisse post annum 1259. Verum cum Molinus videatur innuere Agnetem et Victoriam vixisse ante Margaritam, cujus obitum refert ad annum 1193, de his agemus in descriptione domus Ratibajonensis, quae initium habuit ante annum 1150, nam cum Berthaudum fundatum fuerit anno solummodo 1188, non est credibile tres illas virgines ibidem praefuisse spatio quatuor aut quinque annorum. —

Rectores Excubiarum
post translationem ejusdem domus ad locum Revestiti. —

1418 à 1420. — Theobaldus le gay 1us Rector. —

« Theobaldus le Gay, translatis illo monialibus, Rector instituitur anno 1418 domus Excubiarum quae in charta anni sequentis dicitur domus Revestiti. Hic locus dictus Revest intra terminos Excubiarum continebatur, in quo erat quoddam pristinum(sic)x ad eam pertinens, de quo fit mentio in litteris concordiae inter Priorem Excubiarum et Adebertum Dominum Castrinovi, quae sunt hujus tenoris : « Notum sit omnibus et... quod cum controversia verteretur inter Aubertum, Dominum Castrinovi et Armeni et universitatem hominum

x il doit manquer un mot, sans doute « molendinum » qui se trouve la pièce

Armeni

ch. 1421 obiit D. Theolandus Legay quondam Prior d[s] Lusigniaci, postea vicarius Sale-
tarum et ultimo Rector d[s] Revestiti et 1[e] prof[s] d[s] Divionis (J.C.)_

21

Armeni ex una parte, et Priorem et conventum Domus Excubiarum Ordinis Cartusiae ex altera, super quibusdam nemoribus quorum unum est subtus rupem de Faibella.... aliud quidem nemus vocatur Font-quinsson.... tandem de praedicta quaestione compromiserunt ambae partes in venerabilem virum Burnonem decanum Gratianopolitanum et Petrum de Balma militem tanquam in arbitros.... Praedicti vero Decanus et miles visis et intellectis diligenter petitione et responsione partium.... dictum seu ordinationem suam protulerunt in hunc modum, videlicet quod praedictus Adelbertus et omnes homines Armeni.... possint in praedictis nemoribus ligna scindere et mayerias ad calefaciendum se.... et non usibus alienis. Ita quod si praedicti homines.... de lignis seu mayeriis extra transferret vendendo, permutando.... Prior praedictae domus habeat novam partem.... et praedicta nova pars.... reddatur Priori.... cum expensis scindentis vel scindentium de nemoribus quae sunt subtus et circa Facibella usque ad rivum Alchine, et inde usque ad fontem frigidum, et usque ad prata de la Fayssi juxta molendinum de Revesti in via vel circa viam.... In cujus rei testimonium dictae partes voluerunt et praeceperunt sigilla Domini Falconis Episcopi Gratianopolitani et dicti Burnonis Decani et domus Excubiarum, et praedicti Adelberti his apponi.... Dictum et datum anno 1258. »

In litteris quoque concordiae factae inter Dominum Hugonem de Lusre et Jacobum de Scalis priorem Excubiarum, fit saepius mentio de loco sive rivulo de Revesti, sic autem se habent:

« Anno a Nativitate Domini 1329, 26 augusti coram me notario cum quaestio, lis et rancuria, seu querimonia verterentur inter virum nobilem Dominum Hugonem de Lusre Dominum Vignaci et Armeni.... ex una parte, et religiosum virum Dominum Jacobum de Scalis priorem Domus Excubiarum ex altera, super diversis generibus quaestionum et specialiter super eo quod dictus Dominus Prior.... dicebat quod dictus Dominus Hugo minus juste ascensare et ad manum suam ponere et tenere nitebatur tenementum de Malaval.... dicto Domino Hugone de Lusre Domino Vignaci et Armeni ex adverso praedicta negante.... Primo dicente et proponente ipso nobili, quod idem D. Prior et Rectores dictae Domus ipsum nobilem et homines suos perturbant in bochagio nemorum Cumbae Excubiarum.... Item et cum ex pacto habito inter dictum nobilem et dictos Dominos Excubienses facere deberent de licentia et voluntate dicti nobilis quoddam molendinum in ripperia subtus Revesti sub tali conditione quod nullus esset cui jus molere blada sua in dicto molendino nisi dicti Domini Excubienses et homines dictae Domus; nec homines Domini Delphini, nec alius cujuscumque Domini sunt infra manda-

-mentum

-mentum Armeni ... quae omnia pro parte dicti nobilis proposita, dictus Dominus prior negabat esse vera... Tandem, dictae partes... volentes inter se ad pacem... devenire... compromiserunt in religiosos et discretos viros Don. Vincentium Priorem Portarum Cartusiae Ordinis, electum pro parte prioris Excubiarum... et in fratrem Vitalem de Leuco Praedicatorum Ordinis electum pro parte nobilis supradicti,... salvis privilegiis, libertatibus, juribus et immunitatibus Cartusiae Ordinis... Postquam dicti Domini arbitratores... ordinaverunt et sententiaverunt ut sequitur, videlicet quod tenementum de Malaval... supradictae Domui reddatur... Item dixerunt... quod cum quadam venditio facta fuerit per nobilem virum Dominum Henricum de Turre quondam Dominum Vignayci et Armeni olim patrem dicti Domini Hugonis... remaneat... Item dixerunt... quod singuli homines... sive sint homines dicti nobilis sive Domini Delphini... molant blada sua si voluerint... in molendino de Revesti...»

Cum igitur domum Excubiarum propter situs asperitatem quam sustinere habitatores ejus amplius non poterant, alio transferre, et abolitis monialibus, monachis restituere Patres decrevissent, nullus locus ad id aptior inventus est quam ille dictus de Revesti tanquam qui juris illius erat et inter ejus terminos positus. Quod autem hujusmodi translationis potior causa fuerit situs Excubiarum angustia et insalubre coelum, praeter nostri Molini sententiam, probari etiam potest ex litteris tutelaribus Humberti Delphini in quibus dicitur «locus arctior et gravis ad portandum jugum Domini illis qui Domino famulantur.» Ab anno 1418 quo hujusmodi translatio attentata est usque ad annum 1422, quo penitus derelicta est, indifferenter designebatur in chartis per nomina Revestiti et Excubiarum. Anno 1419 legitur: «Rectori Revestiti non fit mia.» Anno 1420 «Rectori Excubiarum non fit mia.» Et in charta anni 1421 ponitur obitus praefati Rectoris sic: «Obiit D. Theobaldus Le Gay quondam Prior Lugniaci, postea Vicarius Saltarum et ultimo Rector domus Revestiti et primo professus Divionis.»

2us

1420 à 1421. — **Anonymus**

« Anonymus a R.do Patre institutus post mortem Theobaldi per ch. 1421 absolvitur, cujus nomen habere non potuimus. — ita cit.

1421 à 1422. — **Joannes de Belloforti** 3us

« Joannes de Belloforti cujus institutio et decessoris absolutio leguntur in charta 1421

his verbis

rouges n: 2.

his verbis: « Rectori Excubiarum fit mia, et praeficimus ibidem in Rectorem D. Joannem de Belloforti monachum Vallis Stae. » De quo Rectore et de Domo sic per Ch. anni 1422 disponitur: « Rectori Domus Revestiti non fit mia et ordinatio dictae Domus committitur Rdo Patri nostro Domno Cartusiae juxta per nos Diffinitores prolocuta. » Quid vero tunc inter se Diffinitores prolocuti fuerant, colligitur ex litteris renunciationis superius exscriptis. Rector vero hac renunciatione absolutus non diu superstes fuit, mortuus quippe legitur in solitudine Repausatorii in Ch. 1425 olim Prior Portus Dei et Vallonis. — » sic. —

Cum igitur patres Ordinis animadverterent Excubiarum res tum malitia hominum tum injuria temporum deteriores fieri, sirentque moniales domus Permaniae (de qua fusius suo loco) in extrema quâque versari paupertate ut pene deficerent, decreverunt ne utramque domum penitus deserere cogerentur, ex duabus unicam conflare cartusiam, quod quidem executioni videbimus mandatum anno 1391. Quamobrem anno Domini 1391, auctoritate Capituli generalis Moniales Permaniae ex antiquo earum Parthenio ad Excubiense coenobium, extincto monachorum conventu, transtulerunt, dato eis vicario D. Joanne Bituricensi. Hoc cum hactenus nostrarum rerum scriptores propter penuriam chartarum Capitulorum generalium ignorassent, reperientes tamen priorem et monachos, Priorissam et moniales aliquando in hac domo degisse arbitrati sunt Excubiarum cartusiam a prima sua fundatione duos simul continuisse conventus; communi tantum utrique divisos parietes, alterum monachorum, Monialium alterum. Hincque eorum quidam gravius allucinati nescio quid finxerunt de matre Sti
(Dom Nigel (?) ...)
Hugonis fundatoris et de quibusdam aliis monialibus, quas ibidem floruisse et profuisse ante annum 1200 somniarunt. Vix moniales Permaniae per viginti quinque annos Excubias tenuerunt, cum hinc propter situs asperitatem et rei temporalis penuriam ad alia Ordinis parthenia nempe Pratimolle et Melanum, migrare jussae sunt anno 1418. Nec tamen statim locus ab ordine derelictus est, imo de nova cartusia aedificanda in loco dicto Revest haud longe distante,
et qui

ch. 1425 obiit D. Joannes de Belloforti monac. sac. Repausatorii qui fuit Prior dd. Partis Dei et Valonis (et Rector Revestiti).

et qui de dominio ejus erat, monachisque ibidem restituendis cogitatum est, institutis etiam per quinque aut sex annos novae fabricae Rectoribus. Verum Diffinitores re maturius ponderata totam domum et illius redditus tanquam novis aedificiis perficiendis, ac monachorum sustentationi non sufficientes Summo Pontifici Martino cesserunt ut datis anno 1422 ejus dicemus renunciationis litteris in hanc formam: « In Dei nomine Amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter quod anno a Nativitate ejusdem Domini millesimo quatercentesimo vicesimo secundo et die sexta decima mensis maii hora prima vel circa Indictione decima quinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Martini divina providentia Papae quinti anno quinto. In mei Notarii publici et testium subscriptorum praesentia constituti personaliter R^dus in Christo Pater Dominus Guillelmus humilis prior domus majoris Carthusiae et venerabiles fratres Joannes Vallis S^tae Mariae, Franciscus Portae coeli, Petrus Januae, Theodericus Antverpiae, Bartholomaeus Lucae, Albertus Horti Christi, Joannes Petrae castri domorum Ordinis Cartusiensis priores et Joannes Friburgi monachus professus domus majoris Cartusiae diffinitores Capituli generalis Ordinis praedicti, et Michael Vallis benedictionis et Joannes Bonae fidei domorum Ordinis praedicti priores Visitatores a Generali Capitulo deputati, scienter et sponte faciunt, constituunt et ordinant suos veros certos et indubitatos procuratores generales ac speciales videlicet venerabilem Patrem Dominum Petrum priorem domus S^tae crucis de urbe et Dominum Simonem de Teramo utriusque juris doctorem advocatum in curia Romana, et eorum quemlibet in solidum, ad renunciandum et remittendum in manibus Domini nostri Papae domum Excubiarum dicti Ordinis Gratianopolis (litani) diocesis cum suis juribus et pertinentiis immobilibus quibuscumque, et caetera omnia faciendum et exercendum quae ad hujusmodi negotium pertinere noscuntur vice et nomine Patris Domini ac Generalis Capituli praedictorum, de quibus omnibus ipsi Domini (norum) constituentes petierunt sibi fieri publicum instrumentum per me publicum notarium infrascriptum. Acta fuerunt haec in dictâ domo majoris Carthusiae sub anno, die, mense, horâ, indictione et Pontificatu quibus supra, praesentibus discretis viris Joanne Godefridi Leodiensis, Claudio Farodi Gebennensis diocesis clericis, et

Joanne

Joanne Ferrandi famulo dictae Domus, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis. Et me Guillelmo Racace, clerico de Montibus, Lugdunensis diocesis, publico autoritate imperiali notario, qui praemissis omnibus dum (sicut praemittitur) agerentur et fierent, una cum praescriptis testibus praesens interfui, eaque fieri vidi, audivi et stipulatus fui, scripsi, grossavi et in hanc formam publicam redegi, et signo meo publico signavi requisitus, in fidem et testimonium omnium praemissorum. » —

Porro Martinus Papa post superiorem cessionem domum hanc velut simplex beneficium jure fiduciario possidendum sive, ut loquimur, in commendam sub nomine Prioratus Excubiarum et Reversiti tradidit Humberto Aquini monacho coenobii Misericaci Ordinis Sti Augustini. Deinde auctoritate ejusdem summi Pontificis sive Eugenii IV illius successoris et consensu praefati prioris commendatarii Capitulo Ecclesiae Gratianopolitanae unita ejus Decanatui usque nunc adscripta remansit. Haec unio ab Antonianae historiae moderno scriptore dicitur facta anno 1429, sed potius legendum 1439, nam praefatus Humbertus eodem prioratu ejusque bonis et juribus adhuc fruebatur anno 1438, 19 augusti ut ex quodam instrumento constat, quod vidimus in tabulario majoris Cartusiae, nisi dicamus unionem quidem factam dicto anno 1429 sed possessionem bonorum cum titulo prioratus ab Aquino quamdiu viveret reservatam. Hujus unionis bullam datam fuisse anno 1442 ab Eugenio quarto asserit Chorerius. Quidam praeterea volunt hanc cartusiam in potestatem Capituli gratianopolitani idcirco devenisse quod Stus Hugo (quem solum cum Canonicis ejus fundatorem agnoscunt) locum nostris tradidit ea tantum lege ut si ab Ordine nostro unquam discederet, Capitulo concedenti restitueretur. Sed hi palpando solummodo hanc unionem videntur afferre rationem, quae quidem vera est respectu Domus Parmeniae, quam suo loco sub tali conditione fundatam vidimus; verum quod ad Excubias attinet falsissima, constat enim ex supradictis locum non a Sto Hugone sed ab aliis Ordini nostro fuisse absolute concessum, nulla simili conditione interposita, cumque post cessionem a nostris factam a summo Pontifice non capitulo Gratianopolitano, sed Humberto Aquini traditum. Verissima igitur causa quae patribus suasit hujusmodi derelictionem, haec unica fuit, videlicet.

-licet zelus quod statuta nostra in omnibus Cartusiis ad perfectissimam, ut ita dicam, disciplinæ amussim a nostris observari semper studuerunt (on peut ajouter ici que l'Ordre dans ce mesme temps voulut quitter les maisons qui estoient devenues trop pauvres, et les remettre entre les mains des Evesques. Il faut voir dans Durbon et dans les chartes où je crois qu'il y a une ordonnance expresse pour cela. Mais il est vray que le lieu de Parmenie qui faisoit partie de cette maison lorsque l'Ordre la delaissa avoit été donnée à condition de retourner à l'Eglise de Grenoble au cas que l'Ordre l'abandonne. Il faut voir D. Bohic ad ann. 1413) — Cum enim viderent plures domos propter bella et alias hominum dessendorum temporum injurias ad eum devenisse sta-tum ut earum facultates non sufficerent ad alendum tunc numerum monachorum qui possent religionis Cartusianæ instituta cum requisita tenere observatione, eas domos sanxerunt potius deserendas et in manibus vel Papæ vel proprii Epis copi dimittendas quam in eis languentem claudicantemque in disciplina regulari conventum tolerare. Id certe sæpius attentatum fuisse videbimus de domibus Durbonis, Bonifatius et aliis maxime Monialium, sed etiam reipsa præstitum de hac domo Excubiarum et de quibusdam aliis ut suis dicemus locis. —

« Coram vobis Patribus Diffinitoribus exponit procurator domus Cartusiæ, quod cum bonæ memoriæ D. G. Regnaudi Prior quondam hujus domus, eo tempore quo moniales primo venerunt ad Domum Excubiarum, de pecuniis domus istius a mutuo tradi-derit summam quamdam eisdem monialibus, indeque receperit ab ipsis aliquos libros, qui sunt in ista domo, paucis exceptis, et facta diligentia non potuit inveniri quantæ pecuniæ fuerint commodatæ, vel quo pacto libri fuerint huc asportati, cum sint de hoc diversæ opiniones. Nam ille qui libros huc asportavit scilicet D. Guichardus tunc procurator domus hujus, dicebat opinando quod ipse ordinavit tunc ipsos libros esse domus Cartusiæ.

Item D. Obertus opinatur quod aliquæ pecuniæ fuerint a mutuo traditæ pro ipsis libris, et sic videtur sentire R^dus P. (modernus) cum etiam bonæ memoriæ D. Jo. Prior hujus domus commodaverit eis XI scuta et R^dus Pater modernus XX florenos, et multæ aliæ expensæ fuerint factæ per domum istam pro domo illa, sæpius mittendo illuc D. Jo. Ga. D. Raymundum D. Jo. Pla. etc... placeat vobis ordinare quod libri pertineant ad domum Carthusiæ, qui tunc fuerunt asportati, et hoc pro pecuniis et expensis

de quibus

de quibus supra fit mentio, maxime quia jam auctoritate Apostolicâ, de voluntate Ordinis, ipsa Domus Excubiarum hoc anno translata est ad alienos, et de ordinatione vestra litteras vestris propriis sigillis sigillatas concedere, ut alinde de hac materia nullus scrupulus oriatur. »

« Nos Diffinitores Capituli generalis Ordinis Cartusiensis anni millesimi CCCCXXIII (1423), visa supplicatione praesentibus annexâ, volumus et per praesentes ordinamus quantum possumus, ut libri, de quibus ibidem fit mentio, et pecuniae si quae sint, pro libris jam venditis sint et perpetuo cedant in utilitatem majoris nostrae Domus Cartusiae. In cujus rei testimonium sigilla domorum nostrarum praesentibus duximus apponenda. Datum Cartusiae anno quo supra, die 7 maii. Ego prior Bononiae, loco sigilli, quem mecum minime tuli, me quoque manu propriâ subscripsi. »

« Notum sit omnibus praesentibus et futuris quod cum eo tempore, quo primo Moniales venerunt ad domum Excubiarum Ordinis Cartusiensis, quidam libri ejusdem domus asportati fuerunt ad domum Cartusiae, ubi fuerunt spatio circa quadraginta annorum, usque in praesentem diem: nullusque certitudinaliter aliter sciat, neque aliquo scripto constet qua causa illi libri tamdiu ibi permanserint, sed tantum opinative refertur quod pro pecuniis mutuatis et expensis factis per domum Cartusiae praedictae, pro eadem domo Excubiarum, cum licentia Apostolica, et jam cum voluntate Diffinitorum Ordinis Cartusiensis ibidem fuerint aut venditi aut pignorati; cum etiam mortui sint hi qui de hoc poterant informare. Et R^dus in Christo Pater D. Guillelmus Prior ejusdem Domus Cartusiae in tali dubio non vult permanere, et cum remorsu conscientiae sic perplexe dictos libros retinere. Hinc est quod anno Domini millesimo CCCCXXVII (1427) die ultima mensis Aprilis, Ego frater Humbertus Aquini Prior dictae Domus Excubiarum, a Sede Apostolica, de voluntate Ordinis Cartusiensis, institutus, per eumdem R^dum Patrem Cartusiae et ad domum Cartusiae vocatus, visis libris et auditis opinionibus supradictis, bene aedificatus et bene sentiens de mea conscientia, recepi ad usum domus Excubiarum, quae alias nunc dicitur Revestiti, in qua ut supra sum institutus prior, de dictis libris quos et quales volui eligere qui fuerunt numero viginti duo, et eos feci reportari ad ipsam domum Revestiti. Reliquos vero qui similiter sunt quasi ejusdem numeri, et si qui alii possint reperiri in domo Cartusiae, sub titulo vel nomine domus Excubiarum, eidem domui Cartusiae perpetuo in

tali

tali dubio, ex certa scientia volo remanere ad usum et utilitatem servorum Dei ibidem famulantium. Asseruit enim idem Rdus Prior Cartusiae fecisse diligentiam in quaerendo, et in unum locum colligendo omnes libros hujusmodi, quos ostendit mihi. Et si qui ex dictis libris hactenus per domum Cartusiae fuerunt venditi, vel alienati hoc ego approbo et pretium inde habitum quitto eidem domui. Hoc autem facio quia idem Rdus Pater Cartusiae, nomine suo et domus Cartusiae, ac etiam Capituli generalis Ordinis Cartusiensis, perpetuo quittavit penitus et remisit mihi et dictae domui Revestiti omnia in quibus ipsa domus Revestiti posset esse obligata domui Cartusiae, vel Capitulo generali totius ordinis Cartusiensis, tam ratione et causa mutui, vel expensarum, quam etiam collectarum Ordinis usque in praesens. Et haec omnia pro me et successoribus meis, nomine domus Revestiti, promitto perpetuo rata et grata habere, nunquam qualicumque modo contradicere, facere, vel venire per me, vel alium, cum omni renuntiatione juris et facti. In cujus rei testimonium, sigillum parvum, quo soleo uti, praesentibus apposui et me propria manu subscripsi.

Datum ut supra, ita est. Humbertus Acquini Prior ut supra. —

Nota — Tout ce qui précède sur les Ecouges depuis viri illustres a été pris sur un manuscrit de la gde chartreuse ayant pour titre (Annales de quelques maisons de Chartreuses) - Ce manuscrit est une copie faite à Grenoble par quelqu'un qui ne connaissait pas le latin. —

Il n'est pas difficile de reconnaître dans ces pages D. Le Couteulx ou D. Le Vasseur

fr. Pal. B. 4 oct. 1890 - Reposoir. —

4

Priores Cartusiae Excubiarum, 1115.— (Prov.a cartusiae)

(Ex D. Jos. Capus in suo volumine ms c. prov.ae Provinciae pag. 91-95 —)

Cartusia Excubiarum in montibus Delphinatus prope Stum Marcellinum, extra flumen, anno 1115 dotata et ordini incorporata fuit a Sto Hugone Episcopo Gratianopolitano. Nunc funditus destructa.—

Priores cartusiae Excubiarum desquels a suā fundatione 1115.—

D. Gaufredus ex priore Montis Dei prior D. Excubiarum 1142 tempore Rdi Patris D. Anthelmi promisit obedientiam primo Capitulo generali.—

D. Soffredus prior D. Excubiarum tempore Rdi Patris Basilii promisit etiam obedientiam capitulo generali. 1158 erat adhuc prior ex bulla Adriani papae.—

1215 mense junio D. Guillelmus prior Excubiarum et 1217 mense octobri visitavit cartusiam Montis Rivi. f. 292 et 296.—

1218 D. Aynardus prior Excubiarum cum pluribus aliis prioribus subscripsit confirmationi terminorum D. Scalae Dei factae in capitulo generali. 1223 D. Aycardus prior excubiarum visitavit Cartusiam Montis Rivi f. 322.—

1228 D. P. prior Excubiarum et D. Guarnerius prior Durbonis confirmant terminos D. Portarum, ex Arch. dictae cart. f. 63.

p. 92. 1328. D. . . . erat prior D. Excubiarum ex Chron. Montis Dei. —

1333 D. prior Excubiarum ad capitulum privatum vocatur

1334 priores Excubiarum et Sellionis visitarunt provinciam Franciae. — Prior Bonifassus restituat priori Excubiarum breviarium quod D. Petrus de Moyrencovic. Saldatarum dimisit in dicta domo Bonifassus. f. 229 p. 2.

1335. committitur visitatoribus ut possint exonerare domum Excubiarum de uno vel duobus hospitibus et mittant ad domos minus gravatas. —

1336. Priori et conventui Sti Honorati praecipitur quod restituat priori Excubiarum unum collectaneum diurnale quod D. Drogo monachus Excubiarum portavit ad dictam domum Sti Honorati, prout in litera inde facta plenius continetur. Item praecipitur priorissae Sti Andreae quod reddat priori Vallis Sti Hugonis unum manuale quod secum portavit D. Petrus de Brussesia quando ivit ad domum Excubiarum. f. 97. et 227. p. 2.

1339. D. prior Excubiarum erat 1us diffinitor,

13... D. Dominicus prior Excubiarum obiit 1362.—

ch. 1362: obiit Prior Excubiarum qui habet tricen. — (obiit D. Dominicus Prior ds Excubiarum, necrol. vill. et J.C.) —

1369 D... prior Excubiarum vocatur ad capitulum privatum.

1370 priori Excubiarum non fit mia. —

1380 D.. priori Excubiarum non fit mia, et de his quibus notatus est per visitatores laudabiliter se emendet.

1381 — priori Excubiarum fit mia et praeficimus in priorem dictae D. Deodatum monachum Vallis benedictionis. —

f.93. # Cartusia Monialium Excubiarum ab anno 1391.—

Probatur nullam fuisse monialem in domo Excubiarum ante annum 1391, quo Moniales Parmenæ ad domum Excubiarum transferuntur.—

Anonimus scriptor Hist. Anthonianæ circa annum 1650 in præfatione citat bullam Adriani papæ circa annum 1158, cujus initium sic refert: Adrianus episcopus dilecto filio Soffredo priori et universis fratribus ecclesiæ Stæ Mæ Excubiarum etc. Si in hac bulla nulla fit mentio monialium etc....

B. Hugo episcopus Gratianopolitanus successor Sti Hugonis, in litteris confirmationis hujus D. sic loquitur: Notum sit omnibus etc... mihi Hugoni D. Gratianopolitano episcopo et Soffredo priori et fratribus qui secum sunt et successoribus eorum, domum loci qui vocatur Excubias laudatum et confirmatum esse et circa finem... Mittimus in excommunicationem universos qui supradictos servos Dei ulterius inquietare præsumpserint etc. Datum anno 1139. certe si tunc fuissent moniales cum monachis opus fuisset earum mentionem facere, cum non minus juris habuissent in hanc domum.—

Celestinus 3 papa circa annum 1192 confirmat fundationem hujus D. nec ullam mentionem facit monialium, sicut et Gregorius IX anno 1235, qui in suis litteris nominat tantum priorem et fratres de Excubiis. Gregorius vero loquitur de electione prioris, qui etiam de electione priorissæ loqui debuisset si moniales ibidem fuissent.—

In litteris concordiæ factæ inter Audebertum Dominum castri novi et hanc domum anno 1258 fit mentio conventus Excubiarum in singulari, ergo unus erat tantum conventus.—

Humbertus Delphinus anno 1340 in sua salvigardia et conductu accipit domum Excubiarum priorem, monachos, conversos, redditus, donatos, familiares, animalia, grangias, terras, prata etc... cur igitur monialium oblitus fuisset, qui etiam familiares et grangias commemorat et animalia.—

Hæc sunt verba bullæ Gregorii IX, obeunte ejusdem loci priore nullus ibidem qualibet subreptione proponatur nisi quem fratres communi consensu providerint eligendum etc....—

In alio instrumento dato 1438 Humbertus Aquini dicitur prior commendatarius prioratus Excubiarum et Revestiti, unde patet quod Domus Revestiti circa 1418 translata est sive potius transferri debebat. Ratio hujus translationis videtur manenda ex asperitate situs Excubiarum, qui situs in litteris Humberti ultimi delphini dicitur arctior et gravis ad portandum jugum Domini. Ex eisdem litteris patet domum Excubiarum ad magnam devenisse paupertatem imminentibus ejus bona vicinis nobilibus, et haec videtur esse vera ratio cur ab ordine derelicta sit. Notandum quod moniales jam ab anno 1418 locum deseruissent, nam obitus ultimae priorissae reperitur in ch. 1419, nulla facta mentione prioratus sed dicitur professa Melani; et in eadem charta 1419 reperitur obitus sororis Margaritae Veancae monialis quondam d. Excubiarum. —

Revestiti erat inter terminos d. Excubiarum, in quo erat quoddam molendinum ad eam domum spectans ex quibusdam veteribus documentis. —

---

p. 94.

Vicarii et Priorissae Monialium Ds Excubiarum. —

Vicarii. —

1391. D. .. prior Boni loci absolutus per ch. fit vicarius d. Parmenae et Rector d. Excubiarum; de quibus domibus intendimus aliqua ordinare antequam capitulum praesens finiatur. —

1392–1394. — D. Reginaldus profus Bonipassus fit per ch. vicarius Excubiarum, 1394 absolvitur, 1393 D. Joannes Bitericensis in dicta domo remaneat et ab ea non recedat. obiit prior Vallis clusae 1400. —

1394–1397. — D. Joannes de Bowes monachus Romani fit vic. Excubiarum 1394. per ch. 1397 absolvitur et remanet in eadem domo donec aliud de ipso ordinetur. —

1397-1405. — D. Joannes de Foresio monachus Silvae benedictae fit (1397) per ch. vic. Excubiarum, 1404 non absolvitur et dicitur senio gravatus etc... 1405 tandem absolvitur. —

1405 — D. Reymundus de Grimas-anis de domo Saletarum fit (1405) per ch. vic. Excubiarum. —

1410-1411 et 1412 Vicario Excubiarum non fit mia, et D. Berengio de Pamenia petenti breviarium etc... imponitur silentium.

1413. Domus Excubiarum in statu in quo est permaneat donec per capitulum genle aliud fuerit ordinatum.

1417-1418 Vicario Excubiarum non fit mia.

1419 et 1420. Rectori Reratiti seu Excubiarum non fit mia. —

1421 — D. Joannes de Bello forti monachus Vallis Ste fit per ch. 1421 Rector Reratiti. 1422 non fit mia, et ordinatio dicta d. committitur Rdo Patri nostro domno Cartusiae juxta per nos diffinitores secum prolocuta. — obiit 1425 monachus Rgy. ausatorii alias prior Portus Dei et Vallonis.

Priorissa. —

1391–1393. — Domna Francisca 1391 priorissa de Encubiarum, 1392 non fit mia. obiit 1393. —

1393— Dna Flandrina monialis Pratimollis 1393 fit per d. priorissa Encubiarum, eique conceditur a capitulo quod possit secum ducere Jaquemetam de Blay et S. Perrinetam de Boissoi, 1394 non fit mia.

1401 et 1402 Dnae Priorissae Encubiarum non fit mia, 1403 non fit etiam mia etc.. Maria Richardae maneat in dicta domo cum professionem ibi fecerit, nec decet moniales totiens mutare, 1404. 1405, 1406, 1407–1408–1409. 1410 et 1411 Priorissae Encubiarum non fit mia.

1412— Dnae Catharinae de Parisiis Rectorissae de Encubiarum (1412) non fit mia. Et monemus Rectorissam ut habeat patientiam usque ad proximum capitulum.

1413 De Encubiarum etc...

1414, Beatrici Encubiarum non fit mia. et injungitur ei et suo conventui quod de caetero non petant priorissam. —

1416. Dna Catharina de Parisiis quae fuit Rectrix fit per d. priorissa Encubiarum, et prohibetur ne ullam novitiam recipiat. —

f.95 1417 et 1418. Priorissa Excubiarum non fit mīa. obiit 1419 monialis Melani et ibi dicitur alias priorissa Excubiarum.
1419 obiit Sor. Margareta Veenee moniales quondam D. Excubiarum. —(Hactenus D. Jos. Capus. — 11 Août 1897). —